

postquam super hoc alter ab altero fuerit requisitus, efficaciter inducere, quod credat eidem. Quod si credere noluerit, eius sit extunc contrarius [quilibet]^a nostrum contra illum coadiutor existens, auxilium et consilium potenter viriliter et fideliter exhibendo, prout alter ab altero super hoc fuerit requisitus. In cuius rei evidenciam et testimonium fecimus has presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roborari.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo quarto-decimo, in annunciacione beate virginis Marie.

2 Siegel; nur wenig vom Reitersiegel des Grafen erhalten.

XVIII. Willebrief des Erzbischofs von Trier für Graf Wilhelm von Hennegau. 1314 Oct. 21.

Or. ebenda n. 365¹.

Nos Balduinus Dei gracia sancte Treverensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Galliam archicancellarius ad universorum noticiam^b volumus pervenire, quod nos quittance^c factam spectabili viro Guill(elmo) comiti Hollandie consanguineo nostro dilecto eiusque heredibus et successoribus per serenissimum principem dominum Ludovicum Dei gracia in regem Romanorum electum de omni iure, quod si predecessores reges Romanorum et imperatores reclamarunt seu reclamare potuerunt ac idem reclamare posset in comitatibus Hollandie, Zelandie ac dominatu Frizie, ratum et gratum habentes eam tamquam princeps et elector sacri Romani imperii ex certa sciencia approbamus et confirmamus ac nostrum consensum et assensum eisdem quittance^c et renunciationi duximus adhibendum. In^c quorum testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum^c.

Dat. in castris ante Frankenvort, vicesima prima die mensis Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo quarto-decimo^d.

Reste des grünen Wachssiegels an grüner Seidenschnur.

a) Etwa 3 Buchstaben. b) Protokoll des Exemplars Johans von Böhmen: 'Nos Iohannes Dei gracia Boemie et Polonie rex ac comes Lucelinburgensis ad u. n. etc.' c) Statt 'In — apponendum' Johann: 'Harum testimonio litterarum sigillo maiestatis nostre signatarum'. d) 'reg-norum nostrorum anno quarto' setzt Johann zu.

1) Ebenda n. 365 Exemplar Johans von Böhmen mit Resten des weissen Wachssiegels an grüner Seidenschnur. Das entsprechende Exemplar Johans d. A. von Sachsen fehlt jetzt.